# Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

## 2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego

eea grants
iceland liechtenstein norway

Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

1672
DDIX. 33. 13.
13
9

Reverendissime Pater.

Domine ac Fautor plurimum Colende.

Quamvis peroptassem in materiâ tam Xnoiss Pti. vrâ quam mihi longè iucundiore, uti ad Eandem scri„bendi oblata mihi fuisset occasio, tamen Deo sic disponente, nec hanc respuere debui, quam mihi iam porrexit Xnoi P. Pissek è Societate Jesu Presbyteri ac p.t. Missionarij Jesebius ingrata manus. Dum is me insimulat culpæ circa negoti„um reformationis, cujus omninò sum expers, testesq; contra me producit, examinandosq; curat, apud Ma„gistratum huius Civitatis, per homines, quibus aliàs minimè competit ullam materiam, personam meam quocunq; modo attingentem tractare. Qua ratione existimatio mea haud leviter per boni huius Patris inconsultum calorem affligitur: quod ego in vitâ meâ nunquam vel de ipso, vel alio laudatissimæ alioquin Societatis suæ sim promeritus; quin imò ut alia silentio præteream, illi, socioq; suo hospitium sic Jesebinij in domibus Cæsareis apud incliytam utri„usq; Silesiæ Cameram, conciliavi, lignisq; propriis hiemali tempore adjuvi, alia quoq; pro posse meo conaturus; quod ego silere maluissem, ne exprobrandi

Sq 81

causa viderer commemorasse, nisi hoc ipsius planè
immitis erga me processus mihi extorsisset. Ca-
"terum qua ille contra me probare nititur, libeat
A. quaeso Rndissime Pti. Vra, ex signato A quod
ejus solius subscriptionem habet /: dum R. Pater Ca-
"rolus ipsius adjunctus, ineptis talibus animadversis
participare detrectavit :/ perspicere; ubi /: reliqua
enim non tango, quae à testibus vult affirmari, veluti
eos audisse alios dicentes, sub Arce maiorem esse
libertatem, quoad aliqua, quam in oppido, quasi talium
dicta, mera sint Evangelia, vel auditorum testium
valor, oculatorum par sit :/ negat me publicasse sta-
"tutum quoddam Elisabethae Lucretiae ducis olim Je-
"schinensis, quà illis qui à fide Catholica sunt alieni,
commerciorum exercitio interdicitur, quam suam ne-
"gativam quae alias regulariter per rerum naturam
improbabilis est, ille conatur probare, qui ejus cona-
"tus per unicum testem affirmativum qualis praevalet
centum negantibus, reddi potest irritus. Quanquam et
B dato, non publicatum à me fuisse, quod tamen factum
constat ex isto sub B, non esset, quod mihi imputaret
R. P. Pisek; sed sibi potius qui scivit aut, quae paria
sunt, scire debuit, ac eò facilius potuit, quò saepius
me talia memorantem audivit, me videlicet ad Dni
Capitanei hujus ducatus intimationem nihil posse
facere. idq vel maximè in rebus, quae in detrimentum

Camerae

Camerale videntur vergere, cum respectum meum habeam ad inclytam Cameram Silesiticam, à cujus mandatis et intimationibus ut pendeam, instructio mihi data requirit: proinde utiq; eadem facilitate, quà jam factum est, eiusmodi intimationem mihi potuisset procurare. Feci tamen sponte, et si non sine periculo reprehensionis, atq; in homines, sive antea jam sub Castrensi jurisdictione habitantes, sive noviter ex Civitate advenas: qualis migratio utrinque vicissitudinaria per consuetudinem cujus initij memoria non exstat, hic semper fuit libera. Si inquisivi, ac prater unicum Kubitzek qui me misero, huc irresperat, nullum potui reperire, quem detectum statim abegi. teste. B. n. 5. Sed cum ex rumore percepissem. sape dictum Patrem nihilominus pergere me inculpando, quod tales homines foveam iterum atq; iterum pervestigare mandavi loca sub arce sita, ac nemine tali reperto, quod monstrat lit. C. duos Catholicos viros quandoquidem ille ingressum et prasentiam meam, jam ab aliquo tempore evitarat, in quo tamen P. Carolus ipsum imitatus non est, ad eum misi rogatum, quatenus mihi hominem qui contra vetitum subarce aliquid patraret, nominare vellet, me paratum esse ad puniendum expellendumve ipsum. Verum enim vero P. Pater sese mihi tam rigidum prabuit, ut petito meo, utiq; justissimo

aures prorsum denegarit, sed loco benevoli Responsi, minis contra me laxatis, ad producendum testes prosi„ luerit. Responsio ipsius ad requisitionem meam

D. facta, continetur sub D. in alijs suis articulis Obiiciendis vocant, miscet jurisdictionales controver„ sias, atq; eò quod opifices sub Arce habitantes, vel potius officium meum contra opificiorum tribunos tueor, quando hi sibi jurisdictionem usurpant, quæ ipsis nullo modo competit, dum causas ad opificium non spe„ ctantes, sed lites quaslibet ex contractu vel quasi, delicto vel quasi ad suam Cognitionem trahunt in præ„ iudicium fori competentis. Regaliumq; Suæ C. Maiesta„ tis ex eo, inquam, ille præsumit elicere, quod etiam in ijs apud tribus publicatis, quæ ad promovendam S. Ca„ tholicam fidem collimant, prohibuerim his suburbanis paritionem v. gr. frequentationem templi. Qualis argumentatio minime procedit et totum contrarium patet ex superius adunato sub L. Tacco quod Pater in testes assumpserit etiam homines adversarios meos, qui ipsimet de me licet inique, conqueruntur quasi eis fiat injuria circa usurpatam ab ijs jurisdi„ ctionem. Mihi profecto haud difficile foret pluri„ bus testibus iuratis, eodem modo quo ille contra me judicialiter vel officiose productis, obiecta mihi diluere

nisi

nisi crederem ex præsentibus iam satis apparere,
quam nullam habuerit ansam R. P. Pißek, taliter
mecum agendi ac nisi existimaßem, me hoc faciendo,
pari cum eo reprehensioni futurum fuisse obnoxium;
ejusmodi enim altercatio ut fiat absq; scandalo eorum
qui extra sunt, et quorum salutem iunctis viribus
tenemur procurare, vix possibile est, quod ipsa
iam experientia satis testatur, per rumorem totam
Civitate /: imo Ducatu :/ ortum super tam iniquo
Patris Pißek contra me Conatu.

9 bis atq; Quapropter ut alias ad scopum à S. Cas: Mate
mi hoc salutari Reformationis negotio clementissi,
„me propositum parum conducentibus, quà fieri
„possit, eatur obviam, ac ne tam acerbe lacessitus
ego, qui suæ Cæsareæ Majestati a tot annis fideliter
ac non sine existimatione aliqua servivi, quam
prius alibi ac præsertim in Serenis. Brandenbur,
„gici Electoris Servitijs partam, deinde fidem Ca,
„tholicam amplexus huc attuli auxiq, cogar per
ambages quasdam convenientes famæ defendendæ reme,
„dium quærere; Quodiss. Paternitati Vræ supplico,
hunc Patrem in quo nemica quidem humanitatis
relucet, etiam erga alios homines, qui in materia
concernente conscientias et religionem, comitate ac

manſuetudine ducantur potiùs quam ſeveritate
mitiſve trahuntur; quiq̃ ad quavis, ſibi etiam
inconſideratius propoſita (: cujus hac mei in
ſectatio ſufficiens prabet documentum :) quocunq̃
modo peragendum naturaliter propendere vide-
„tur, ab his ac ſimilibus cœptis dignetur dehortari.
Quam æquiſsimam utiq̃ petitionem meam, apud
Rndiſs. Vram Pter. admiſsam iri, eò minùs
dubitare poſsum, quo de ipſius ſingulari pro juſti-
„tia Zelo, raraq̃ prudentia per publicam fa-
„mam magis mihi conſtat. Cujus favori me
quam ſtudioſiſsime commendans, quatibet data
occaſione, facto conabor conteſtari me eſse.

Reverendiſsimæ Paternitatis Vræ

promptiſsimum Servitorem

Ex arce Teſchinenſi
die 26. Aug. 1672.

Abraham ab Ecken
in Ducatu Teſchinenſi
annexisq̃ Dominijs Regens.

* ejusq̃ ad temere litigandum nimis proclivem animum modis convenientibus efficaciter compeſcere.

E. Post perscriptas iam literas, accipio alias à P. Pißek, quarum exemplum Sub lit. E. appono, ex quibus videre est ipsum nec dum velle tumultuari desinere, captareq adhuc Chimaras mercatorum sus Arce habitantium, ac nescio quid tandem ille sciri declaravi ad omnia reformationis negotium Concernentia, me sponte meâ promptum, quod ipsum et opere demonstro, illius petitione non expectatâ, ipsit moturus contra me? qui per septem quibus Officio hic praefuim annos, nihil tale passus sum, ita ut Pater hic pro flagello mihi à Deo videatur datus, qui ex muscis, imo ex nihilo conatur elephantos producere, quod superabundantis otij validum est indicium, certus enim sum, quod si ipse vel quartâ parte occupationum quibus ego distineor, urgeretur, vix ei superaret tempus, inanibus huiusmodi rixis terendum perdendumq. Ego tamen homines meo regimini commissos, quos contra me in testimonium nunc denuo postulat, essi non sine detrimento mei respectus, ei dimitto, ne quisquam ipsi à me denegatum ille conqueri possit; verum ad ipsius maiorem confusionem, prout etiam priores, quos produxerat ante, plurimos, contra ipsum potius quam contra me testificatos esse nullus dubito. Ego denique iterum rogo à huius Patris temerarijs vexationibus liberari, ne mihi pro justissimâ meâ defensione, tempus alijs negotijs debitum, uti et sumptus in itinera et alia impendendi incumbat necessitas.

Idem q: in literis.

ksiaznica@kc-cieszyn.pl